UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm. Servandi Pvblicas, Sacrasqve Processiones, Sev Svpplicationes, Tam Ordinarias, quae fiunt certis diebus per annum; quàm extraordinarias, quae varijs ac publicis Ecclesiae de causis in ...

Coloniae Agrippinae, 1640

De Precibus 10. horarum

urn:nbn:de:hbz:466:1-9480

Visual Library

DE PRECIBVS decem Horarum.

SOlent ſæpius vel ex priuata deuotione & approbata conſuetudine locorum, vel ex mandato Superiorum ſeruari preces per decem tantum horas diebus feſtiuis, idque vel improuiſa neceſſitate incumbente, vel ne populus diebus ferialibus toties à neceſſarijs operibus per 40. horas impediatur, & vt diebus feſtiuis tanto magis & feruentius ac frequentius cultui diuino ſpiritualibusque rebus vacet.

In talibus orationibus omnia fiant, vt vltima die in precibus 40. horarum ſupra deſignauimus: hoc ſolum attendendum, vt horæ decem tantum ab Expoſitione Venerabilis Sacramenti vſque ad repoſitionem inſumantur: Preces Litanijs ſubiungendæ erunt illæ, quas ex annotatis ſupra cauſa & intentio precum inſtitutarum requirunt.

DE